

Patres

**P**atres conscripti: Romulus centū elegit senatores: quorum collegiū ab ætate: quoniā senēs essent: senatū appellauit. Patres uero uocati sunt: uel quod si dūtaxat electi sunt qui patres essent: quod illo tempore conueniente primū ad nouam urbem incolendam multitudine haud multis contingebat: uel a patrono quodā ex iis qui Euandrum secuti sunt: qui imbecilliorū olim curā gessissent: plebiq; præsidio extitissent: uel quod Plutarcho maxīe placet quod primores ac potētes hūiliores paterno officio in suā fidē ac patrociniū suscipere oporteret id quod etiā Salu. seq̃.

MARCI TVLII CICERONIS IN. M. ANTONI-  
VMORATIONES Q VAE DEMOSTHENIS IN  
REGEM PHILIPPVM MACEDONEM EXEM-  
PLO PHILIPPICAE NVNCVPANTVR PRIMA.



Ntequam de republica, patres Conscripti, dicam ea quæ dicēda hoc tempore arbitror: exponam uobis breuiter cōsiliū & profectiōis & reuersionis meæ.

Ego, cum sperarem aliquando ad uestrum cōsiliū auctoritatemq; R. P. esse reuocatam: manēdum mihi statuebā, quasi i uigilia qdam Cōsulari ac Senatoria. Nec uero usquā discedebā, nec

a. R. P. deiciēbam oculos, ex eo die quo in ædem Telluris cōuocati sumus. In quo templo, quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis: Atheniensiuq; renouaui uetus exemplum: Græcum etiam uerbum usurpauī: quod tum in sedandis discordiis usurpauerat ciuitas illa, atq; omnem memoriā discordiarum obliuione sempiterna delendam censui. Præclara tum oratio, M. Antonii egregiaq; uoluntas: pax deniq; per eum: & per liberos eius, cum præstantissimis ciuibus confirmata est. Atq; principiis his reliqua consentiebant. Ad liberationes eas quas

Qui patres a cura: similitudine tradit appellatos: ascriptis ide in eū ordinē plurib; patres cōscripti dicti sunt: quod nomē & dignitatis plurimū & inuidiæ minimum præ se tulit: ut Plutarchus ait. Festus conscriptos sentit uocatos: quod ex equestri ordine patribus ascriberetur ut senatorum numerus expleret. Aliquando Cæsare occiso. Quasi iutiglia: imago est: quam Hkonæ dicit græci tanq; in loco aliquo & statione: custodiæ causa cōstitutus.

Vt aliquo: & in loco significat: & ad locū. Terentius in cuncho: Occidi neq; uirgo est usq;. In ædem Telluris: ubi habitus ē senatus post Iulii necem: neq; enim haberi nisi i sacro loco senatus poterat: exitu & more romano. Fuit autē Telluris templū ad forum romanum & uiam sacram: nō pcul a Capitolio & palatio: ideo frequenter illic haberi senatus solebat. Cœlū autē & Ops: quæ & Tellus: est ut Samothracum docebant initia: & Varro refert: magni erant dii & iidem apud ægyptios Serapis & Isis dicti. Vet; exemplum: horatus ut nemo añ actaq; rex ac

colaret: & ut ois iniuriarū memoria senatus consulto & lege deleteretur. Historia autem hoc habet: Bello Peloponēsiaco multis censentibus delendū eē atheniensium nomen. urbēq; incēdio consumēdam: negātib; Spartanis alterum se græciæ oculū eruturos: sub conditione pax data est: ut demissa Pyreū uersus muniti brachia deicerent: nauēq; quæ reliquæ forent: traderēt. resq; publica ex Lacedæmoniiis triginta rectoribus acciperet: Quod factum est iniuncto regi Lacedæmonioq; Lyfandro formandæ urbis negotio. Sed rectoribus illi tyrāni facti sunt: qui oppressas seruitute tenebant athenas: ciues: quibus fortuna in bello peperat: partim expulerunt: partim interfecerunt: plurimoz bona publicata inter se diuiserunt. Thrasylulus Lyci filius Philē confugit munitissimū in Attica castellum: habuitq; secum nō plures triginta ex suis. Cōparata inde multitudine haud sane magna. in Pyreū transiuit: Munitiāq; munit. Vnde bis tyranni quod oppugnare adorti erant turpiter sunt repulsi: prorinusq; in urbē armis: atq; impedimentis amissis refugere: Critias in secundo prælio cecidit tyrānoz dux. Pax facta Pausaniæ lacedæmonioq; regis interuentu: his conditionibus: ne quod præter triginta tyrannos: & decē qui postea prætores creati: pari crudelitate erant usi exilio afficerentur: Eleusina m in exiliū migrarunt: Interiectis diebus cū bellum intulisset athenensib; cuncti sunt trucidati: Thrasylulus in signē libertatis uictoriā clariorē aliquāto moderatōis laude fecit: legem tulit ne quis ante actaq; rerū accusaret: ne ue mulctaret: omnesq; in hāc legem quæ nullā præteritarum iniuriarum mentionē fieri permittebat: iurare coegit. Quo pacto labentē ciuitatis statū in pristinū hūm reuocauit. Lex uero illa uocata est obliuionis iniuriarum quā atheniēses ἀμνηστικὴν dicit. Multi auctores Valerius libro quarto. titulo de moderatione. Probus Aemilius in uita Thrasyluli. Trogus libro quinto græcum uerbū ἀμνηστικὴ hoc est obliuio iniuriarum. Liberos eius: Brutus & Cassius cū multa pro cōcordia in æde Telluris uerba fecisset Antonius: uisusq; esset recto cōsilio ac ciuili animo uti cūq; oēs cel-



laudassent: e Capitolio: quod occupauerant principū suāsu in forum descendere: missis prius ab' Antonio & Lepido liberis: qui obsides pro illis eēnt. Cnq; unū dūtaxat filiū miserit Antonius: liberos dicit. nam quod A. Gelius quoq; docet liberi multitudinis numero ēt uno significat & tam sceminā q̄ marē, quod a Lepido quoq; factū est: uni tribuit Antonio. Domi: de actis & cōmentariis Cæsaris. Hunc or. lenato ritum. Res optimas: de quibus senatores deliberarēt. Cōmentariis Cæsaris: sunt cōmentaria libri: in quibus nudæ res signantur: & quædam initia dūtaxat. Seneca in declamationibus. Sine commentario nunquam dixit: nec commen

tario: contentus erat in quo nudæ res ponuntur. Cicero in Bruto. Non est oratio sed capita rerum & orationis commentarium. Dicit commentarium & commentarius. A.

Gelius est adeo probi grammatici commentarius satis curiosæ factus. Num qui si ac si diceret nulli. plures enim postea sunt restituti. multi ceteri in cæsaris commentariis minime notati: & ut elicerentur descripti. Vnū: restitutum eē ex cæsaris cūmentariis. Nū imunitates datæ: sic ex Antonio q̄rebatur a quopiā. Sernio Sul. iuris prudentissimo & eloquentissimo. Decreti: quo aliquid alicui adimeret. Beneficii. quo aliquid alicui conferret: Vel decreti in repu. beneficii in priuata. Quæ vltimā: nā Sylla prius: inde Cæsar per petuam sibi dictaturam assumpserunt. Obsederat: non potuit aptiore uti verbo: hoc est occupauerat. Regno: cuius nomen & inimicum libertati: & romanis iuisum: nam re ue

ra rex fuerat Cæsar: & regia usus potestate: & si dictatoris tenuerat nomen. Fuisset. Non nisi in magno republ. discrimine creari dictator consuevit: statim re perfecta ob quam creatus fuerat dictatura se abdicabat: neque ultra sex menses retinere illam fas erat. Summa ei fuit potestas: a qua nulla erat prouocatio ad alium magistratum in caput cuius romani animaduertebat: omnisque res publica penes illam erat q̄ futuros dictaret magistratus appellatum esse dictatorem Varro ait. Alii q̄ eius dicto audientes essent omnes. Sæpe dictatura utilissima reipublice extitit: cum alicuius utri consilio & opera. metus discussus est sedato bello: hostesque repressi. L. Quintus Cincinnatus: quem trepida ante boues dictaturam induit uxor. Bello Sabino & Volico obsessio ad Algidum Minutio Conf. uictis hostibus sextodecimo die: postquā acceperat dictaturam deposuit: ad agriculturam reuersus. Iterum ulginti annis postea dictator creatus difficillimo: & periculosissimo reipublice tempore. Spu. Melio oppresso qui regnū astitabat dictatura subito abiit. Idem & Camillus bello gallico: idem & alii complures uariis temporibus bellisque & periculis diuersis præstitere: semper utilis reipublice dictatura fuit: antequam. L. Sylla: & Iulius Cæsar sub dictatoris nomine tyrannidem arriperent & honestum prius nomen impotentia & diuturnitate corrumperent. Regno: regia præte: qua per oia usus est Cæsar. Regni timore: sublata penitus dictatura. Vncus impactus nā uncus tractus est: & in Gemonias abiectus: qui puniendi damnatos romanis mos fuit. Ouidius in Ibin. Perque uias urbis populo plaudente traheris. Infixusque tuis dentibus uncus erit. Tranquillus. Nemo punitorum non in Gemonias abiectus: uncoq; tractus in Tiberio. Erāt at scalæ Gemoniæ ad rupē Tarpeiā unde damnati in Tiberim deiciebatur: sic a Gemonio quodam dictæ: qui primus est deiectus. Per hunc autem: quē fugitiuum uocat. C. Amatium significat. qui humillimæ sortis homo: ut ait Linius prioris Mariti filium se falso prædicabat. Cunque ob hanc simulationem. C. Cæsaris putaretur affinis: nam. C. Marius Iuliam habuit uxorem Iulii Cæsaris amatam: & eius interitum ferret permolestie plebem: ad res nouas molendas sollicitabat: & senatui cædem minabatur. Aram uero ante rogum Cæsaris in foro constituit: colle ctas a uadactorum manus is qui effugerant in Capitolium tremendum se præstiterat: quorum non

habebat domi. de. R. P. Principes ciuitatis adhibebat: ad hūc ordinem res optimas deferrebat: Summa cum dignitate & constantia respondebat: ad ea quæ quæsitæ erant. Nihil tum nisi quod erat notum omnibus in. C. Cæsaris commentariis reperiebatur. num qui exules restituti? Vnum aiebat: præterea ne minem. Num imunitates datæ: nullæ respondebat. Assentiri etiam nos, Ser. Sulpitio clarissimo uiro uoluit: ne qua tabula post Idus Martias ullius decreti Cæsaris aut beneficii figeretur. Multa prætereo: eaq; præclara: ad singularem. n. M. Antonii factum festinat oratio. Dictaturam, quæ uim iam regie potestatis obsederat: funditus ex Re. pu. substulit: de qua ne sententias quidem diximus: scriptum. S. C. quod fieri uellet: attulit. Quo recitato, auctoritatem eius summo studio secuti sumus, eiq; amplissimis uerbis per. S. C. gratias egimus. Lux quædam uidebatur oblata: nō modo regno quod pertuleramus: sed etiā regni timore sublato: magnumq; pignus ab eo Re. P. datum: se liberam ciuitatem esse uelle: Cum dictatoris nomē quod saepe iustum fuisset: propter perpetuæ dictaturæ recētem memoriam, funditus ex. R. P. substulisset, liberatus cædis periculo paucis post diebus senatus, uncus impactus est fugituo illi, qui



## PHILIPPICA PRIMA

nullo in provincias quas sortiti erant utuo Cæsare abierunt. D. Brutus in cisalpinam Galliam: Trebonius in Asiā: quæ circa Ioniam est: Tullius Cimber in Bithiniam: Crassus & M. Brutus quibus senatus plurimum fauebat: sortiti & ipsi sequenti anni prouincias: Syriam Cassius. Macedoniam Brutus: Cum urbani prætores adhuc essent: necessitate adesse in urbe cogitabant. lege prohibuerunt: ne cui intra .xx. annum prouinciæ administratio conferri posset. Exortus est rumor Amatum ipsum cum his agitare consilia: & Antonio una insidiari: quare motus Antonius in eos prius inuectus Amatum cepit & perdidit nullo iudicio exhibito audacter admodum. quod opus ut arduum iniquumque senatus admiratus est: hincque utilitatis ratione dissimulater tulit: intelligens absque huiusmodi audacia quæ ad Brutum pertinebant: & Cassium in tuto collocari non potuisse. Sed & milites & populus Amatii desiderio: ob quem reuera Antonius populo acceptus fuerat: dolore nimio affecti ut qui ab Antonio spernerent: foris clamoribus oppleuerunt: probra in Antonium facientes: magistratus quoque adhortantes: ut Amatii loco aram quam dixi fuerentarent: & cæsari in ea sacra facerent: sed ab Antonii militibus foro sunt pulsi. Et iccirco

C. Marii nomen inuaserat: atque hæc omnia communiter cum collega: alia porro propria Dolobellæ: quæ nisi Collega abfuisset: credo eis fuisse futura communia. Nam cum serperet in urbe infinitum malum: idque manaret in dies latius: iidem bustum in foro facerent: qui illam in sepulchram sepulturam effecerant: & quotidie magis magisque perditii homines cum sui similibus seruis ecclesiis ac templis urbis minarentur: talis animaduersio fuit Dolobellæ: cum in audaces sceleratosque seruos: tum in impuros & nefarios liberos: talisque euersio illius execratae columnæ: ut mirum mihi uideatur: tam ualde reliquum tempus ab illo uno die dissensisse. Ecce. n. kal. Iunii, quibus ut adessemus, edixerat: mutata omnia: nihil per Senatum: multa & magna per ipsum, & abente populo & iuito.

longe maiori affecti indignatione uociferabantur. Alii ex cæsaris amicis imagines eius proferebant & in ignem mittebant: quoad missis ab Antonio militibus resistendum alii occisi: alii capti sunt: cuiusmodi cruci affixi liberi nonnulli ex alto quodam loco precipites dati: quo pacto sedati tumultus sed odium ingens ex magna per se bene uolentia in Antonium constitutum. hæc fere Appianus. Communiter cum collega: ab Antonio facta pariter cum collega Dolobella. Cum serperet: post trucidatum Amatum. Iidemque bustum: qui Amatum erant secuti. hoc propter cæsaris imagines dicit in foro concrematas. Qui illam sepulturam & cetera. nam quotidie aliquam cæsaris cremabant imaginem: tanquam crematus iam non esset. Quotidie: post crematum cæsarem. Talis animaduersio: Appianus Antonio tribuit: quæ Cicero Dolobellæ: Sunt alia quæ Dolobella fecit sine collega: quæ communia inquit fuissent cum Antonio nisi abfuisset Antonius Dolobella: his quæ in Cæsarem coniurassent ignoscendum esse prædicauit: & dolore se quod ipse quoque manu a cæsaris læde quando uoluntate minime abfuisset. Dolobellæ tunc maxime omnes confidebant: quem quia iuuenis & confidens futurum Antonii conatibus existimabant: descendere e Capitolio Brutus & Cassius: & in media consistentes multitudine nihil timidum locuti sunt: populum uero adhortati: ut suos imitari maiores uellet: Qui reges non uiuunt ut Cæsares: sed lenitate & legibus imperantes: passi tamen non fuerant. Hæc & plura cum dixissent confestim in capitolium. non satis fidentes rebus presentibus se recepere. Antonius uero: & Lepidus simulata cum interfectis concordia: & pacem pollicentes. sed ulcisci Cæsarem uehementer cupientes: effecerunt ut cæsaris testamentum. L. Pilone focero eiusdem postulante aperiret: apertum recitatumque est in Antonii domo. Funus inuitis pluribus ex senatoribus: & in primis Cassio: & si Brutus non abnucebat: indictum est: Rogus in campo Martio extructus iuxta Iuliam tumulum. pro rostris: aurata ædes: ac simulachrum templi Veneris genetricis collocata: intraque lectus eburneus auroque ac purpura stratus: ad caput tropheum cum ueste in qua fuerat occisus. Pronunciauit Antonius per præconem senatusconsultum: quo omnia simul ei diuina atque humana decreuit. Concrematum cadaver est in foro ante curiam congerente turba arida uirgula: cum subselliis & tribunalibus: Nam rogos in campo Martio extructus fuerat: & cum uariæ essent sententiæ ubi cremandus Cæsares esset repente duo quidam gladiis succincti: ac bina iacula gestantes. ardentibus cæreis succenderunt. laudatione quam habuit sic plebem accendit Antonius: ut confestim a funere ad domum Bruti & Cassii retenderit: ægregie repulsa fuerit. Tunc mirifica apparuit Dolobellæ opera in reprimenda perditorum audacia. Illius execratae columnæ: quæ solida prope .xx. pedum lapideis Numidici illi iude Amatii sectatores: & plebs in foro erexere: scripsereque parenti patriæ: apud quam longo tempore sacrificare: uota suscipere: controversias quasdam interposito per Cæsarem iure iurando distrahere perseverare: ut ait Tranquillus. Ab illo uno die: quo scelerati repressi: & columna a Dolobella euersa. Ecce. n. Ciceronis est in rebus improuisis hæc particula uti: ut in Verberibus. Ecce autem repente ebrius Diomedes: esuriens cunctis Quod cum cura Virgilius & legit & transtulit. ut ait Ascenius: Ecce autem gemini a Tenedo: Et ecce manus iuuenem interea post terga reuinctum. Edixit: Antonius: & proprio uerbo: magistratum. n. edicere est: hoc est iubere: nnde edicta consilia: ac prætorum. Per ipsum Antonium.



Consules designati Hirrius & panfa kalendis Ianuarii proximi consulatum initur. Patriæ libera-  
tores: qui abierant in prouincias: ut dictum est. Cuius a seruicibus: effictio est: nam rei inanimatae dat  
quod est animatae ceruces scilicet urbi. Et in contionibus: conuentu populi & multitudine in loco pu-  
blico. In sermone in loco priuato: & inter amicos: Veterani. Cæsaris milites qui eum in bellis se-  
cuti fuerant: & tunc partim in Macedonia: partim ad Brundisium erant. Cauerat: prospexerat eorum  
laborib⁹ premis consulens: & assignatis agris. Quas habebant: possidebant assignatas a Cæsare & se-  
natu. Luctabatur: ab Anto-  
nio & Lepido ad bona interfe-  
ctorum diripiēdas. Audire  
mallem: nam quod ipse ait Ci-  
cero in epistolis: Lentius i ani-  
mum descendunt quæ audiun-  
tur. quā quæ uident: minusq;  
commouent. Ius legationis  
liberum: oblatum a Dolobella:  
qui i Syriam proficiscebatur.

Liberū poterā. n. pro meo  
arbitrio legatus proficisci: uel  
non. Senatus cogendi: tunc  
enim non cogebatur: nā p sua  
libidine cuncta gerebat Anto-  
nio: ut Consil. Hirrio & Panfa:  
& ipse aliquid in senatu aucto-  
ritatis haberet & Senatus per  
consules cogere: cum prius  
domi Antonii absente senatu  
& populo etiam inuito omnia  
agerentur. Non sine causa:  
timebat enim insidias & Cæ-  
saris ueteranos. qui ad Brūdu-  
sium ciuitatem lapygiae in Ca-  
labria erant: quam Cretenses  
habitasse memoriae proditū  
est: Qui e Gnosso cum The-  
leo discesserūt Portus brūdu-  
sinus cōmodissimus est: multi-  
ore uno icludunt: qui nulla flu-

ctuum agitatione turbantur: cum interim sinus excipiant: ut forma ipsa cerui cornibus simillima sit: un-  
de nomen inditum. Locus enim cum urbe: ceruino capiti maxime ē comparandus: & Mesapptog lingua  
Brundisium Cerui caput nominatur: Strabo auctor. Brundisio soluebant Romani in Græciam & Asi-  
am nauigaturi. redeuntēsp inde Brundisium appellabant. Syracusas: urbs est Sicillae: quā Archias et Co-  
rintho nauigans condidit: & agri foelicitate: & naturali portuum commoditate insignis. Tribus annis ob-  
sessas Marcus Marcellus expugnauit. & diripuit: tantum ut mulieribus & templis parceretur edixit.

Trāsmisso: trāsitus & trālectio: Transmittere transire. Virgilius. Alia de parte patentes. Transmittunt  
cursu campos. Coniunctissima: omnis Sicilia fuit Ciceronis aut studiofissima: propter quaesturā illic  
integerrime administratam. Necessarios: amicissimos Siculos. Leucopetram quod est promontoriū  
Agri Rhegini: Quid mirum si superior locus librariorum & litteratorum negligentia tam insigne men-  
dum accepit: ut uinctus pro unctus scriberetur. Cum hic locus: quem etiam idoctis apertum esse conuenie-  
bat: tam temere sit deprauatus. Quis enim ignorare potuit Leucopetram non Sicillae: sed Italiae & Ca-  
labriae: atque Agri Rhegini promontorium esse: ipsa indicant Ciceronis uerba. Ait enim Leucopetram ex  
Sicilia relatum se uentis: cum agri Rhegini scribendum fuerit: sicut & Cicero scriptum reliquit: Agrigē-  
tini scriptum ab imperitis est. Leucopetra Calabriae est promontorium: sic a colore uocatur: Album enim  
apparet: e Rhegio ad orientem nauiganti occurrit per stadia. L. ubi montis Appenini finem esse dicūt:  
Strabo. Intempesta. inactuosa non habens idoneum tempus rebus gerendis. In uilla: quæ in agro  
erat Rhegino. Comitibus: qui Ciceronis communes erant itineris & idem familiaris atq; hospes. Is est  
P. Valerius: ad quem est Ciceronis epistola libro primo ad Lentulum. Cuius initium est. M. Tullius Ci-  
cero. Publio Valerio iuris Consil. salutem dict. Cur enim tibi hoc non gratificer nescio. Cum non esset.  
quoniam parum peritus iuris: uideri tamen uolebat: & uocari iuris consultus: quod in epistola quæ est i  
principio. iiii. libri ad appium pulchrū melius cognoscitur. Municipes Rhegini: ex rhegio municipio



PHILIPPICA PRIMA

quid sint municipes. A. Gellius docet. li. xv. cap. xlii. Rhegium uero chalcidenses condidere: qui cum ex oraculo decurati apollini oblatis fuissent: e delphis cum deduxisse coloniam feruntur aliis secum assumptis: sic dictum est quoniam eo loci conditum fuit ubi terremotu Sicilia est ab Italia auulsa interueniente angusto frero phryni<sup>o</sup> fracti est. Roma: hoc est a roma. Recentes: qui nuper uenerant ab urbe. Accipio: intelligo. Virg. Accipe nunc danaum insidias. Contionem: orationem habitam in senatu: qua sex. pompeium ex hiberia acciri suauit: ubi aduersus Cæ. prætores bellum gerebat: eiq; pro paternis bonis in

plures ad me uenerunt: ex iis quidem roma recentes, a quibus primum accipio, M. Antonii contionem: que ita mihi placuit, ut ea lecta de reuersione primum coeperim cogitare: nec multo post edictum Bruti afferret: Cassii: quod quidem mihi fortasseque eos etiam plus Rei publicae quam familiaritatis gratia diligo, plenum ætatis uidebat. Addebant præterea, sit. n. plerumque, ut huiusmodi quod boni quod uolunt afferre: affingant aliquid: quo faciant id quod nunciat: latius: Reipublicae. conuentura. kl. Sextilibus. Senatū frequētē fore. Antonium, repudiatis malis suatoribus: remissis Gallis punitiuis: ad auctoritatem Senatus esse rediturum: tū uero tanta sum cupiditate incensus ad reditum: ut mihi nulli neque remissi neque uenti satisfaceret: non quo me ad ipsos occursum putaret: sed ne tardius quod cuperet Rei publicae gratularer. Atque ego celeriter Veliam deuectus Brutum uidi: quanto meo dolore non dico: turpe ipsi mihi uidebat, in eam urbem me audere reuertitur. Ex quo Bruto cederet: & ibi uelle tuto esse: ubi ipse non posset. Neque uero illum similiter: atque ipse erant: commotum esse uidi. erectus. n. maximi atque pulcherrimi facti conscientia: nihil de suo casu: multa de nostro querebatur: ex quo primum cognouit quae kl. Sextilibus in senatu fuisset. L. Pisonis oratio: qui quamquam parum erat: id enim a Bruto audieram: a quibus debuerat adiutus: tamen & Bruti testimonio, quo quid potest esse grauius: & omnium prædicatione, quos postea uidi: magnam mihi uidebat gloria consecutus. Huc igitur ut sequeretur perueni: quem pntes non sunt secuti: non ut proficeret aliquid. neque. n. spem id: nec proficere poterat:

publicum redactis: uicies & quinquagies. x. mille drachmas aut cas impendi: maris quoque praesidium institui debere: quem admodum & patris eius olim extitisset: rebusque ingruentibus romanorum classe ubique ea esset uti posse. Senatus singula admiratus concessit: Antoniumque per uniuersam diem laudibus immensis extulit. non enim. quispiam magno popularior fuisse uidebatur. quod obrem desiderabatur ab omnibus. Cassius porro & brutus qui ex pompeiana factione esse dicebant: Tunc quidem in honore habiti: salutem indubiam adipisci putabant. Senatus antonio concessit ut contra uulgi insidias custodiam corpori adhiberet. Ille uero ad sex milia militum coegit: in quibus eos qui sub caesare militauerat: & ordines dixerant: qua multitudine esse formidolosus postea cepit omnibus. Qua lecta: est enim in scriptis ad Ciceronem perlata.

Edictum Bruti & Cassii: quod praetores erant urbani. fuit autem hoc edictum: ne cui infra. xx. annum prouinciae administratio dari posset: quod in quo animo tulerat Antonius: crepta sibi adolescentibus: qui auda-

ciore solent esse: gratificandi potestate. Remissis Gallis: quarum legionibus. Transalpina munatio Planco obrigerat. Sed cisalpinam macedoniae loco: quae ei ob uenerat concedi a senatu postulabat Antonius: id animo agitans a Caesare e gallia redeunte Pompeium oppressum: senatus periculum animaduertens sollicitus cepit esse: & subesse insidias intelligens misit qui nunciarent. D. Bruto prouinciam retineret exercitum alium scriberet quo Antonio obsisteret. Veliam deuectus: oppidum in agro lucano Velia est: quam ex terra Phocidae fugati ab Harpalo regis cyri praefecto condiderit auctor. A. Gellius. graeci heleam dicunt. quoniam intra paludes sita est: quas illi ελη uocant: cum insolentior fieret indies Antonius magis magisque timendus esset: Brutusque & Cassius tutum nihil intueretur: etsi urbani praetores ueluti priuati tamen debebant inclinabantque ad fugam: quorum uoluntate cognita: senatus eis frumenti ex omnibus locis conuocandi curam iniunxit ut sub honoris pretextu urbe excederent: & minime uiderentur effugere: ergo Veliae C. offendit Brutum. Pulcherrimi facti conscientia. quod Caesarem occiderat: & patriam seruitute & tyranni liberauerat. L. Pisonis: cuius filiam Calpurniam uxorem habuit Caesar. Is. L. Pilo suaserat deponenda arma: ad senatus auctoritate omnia referenda: libertate communi seruanda: longa uero oratione Antonii accusauerat impotentiam: & de mutata uoluntate erat conuersus pluribus. Magno animo hortatus fuerat ut ei occurreret. Et ut. C. Octavius quem Iulii in familia nomenque eius adoprauerat: reuocaret: Qui Antonii audaciae & conatibus obiceret. In primis uel solus porius dissuasit parata cum supplicatōibus Iulto decernenda: quod rettulerat & uolebat Antoni magna contentione multis contra disseruit rationibus. Sed pag. e. adiutus ab iis a quibus uel in primis debuerat. Cicero in epla ad Cassium. Ita nec Pisoni: qui in eum primum inuectus: nullo assensu: nec mihi quod idem trigesimo post die fecit: nec. P. Seruilio: qui me comsecutus tuto in senatu ue-



nire licet: Cedem enim gladiator querit. Is ramen. L. Pifo postea antonii absentis defensor contra Cicero-  
nem extitit. Sed ut siquid mihi humanitus & cetera loci huius enarratio apud. A. Gelium est libro duo  
decimo. nocti. Atti. ca. primo. Considerandum is putat: an utrunq; idem ualere uoluerit Cicero fatum at-  
q; naturam: an diuiserit separaueritq; ut alios casus natura ferre uideatur: alios fatum: & maxime inquire-  
dum id qua ratione dixerit. Accidere multa humanitus posse preter fatum: quando sic ratio & ordo & infu-  
perabilis quedam necessitas fati constituitur: ut omnia intra fatum claudenda sint: nisi illud sane Homeri  
secutus ē: ΜΗΚΑΙ ΥΠΕΡ ΜΟΙΡΑΝ

ΛΟΜΟΝΑΙΛΟΣ ΕΙΣ ΑΦΙΚΗΚΑΙ ΟΙΟ  
lentam inquit idem mortem  
significauit: que accidit preter  
naturam: preterq; fatum. Vir-  
gilius de Elifa. Nam quia nec  
fato merita nec morte peribat  
Sed misera ante diem. Tan-  
quam infaciendo uitæ sine:  
quæ uiolenta sunt: non uideā-  
tur e fato uenire. Demosthe-  
nis uerba idem fere significāt  
in oratione ΟΕΡΙ ΣΕΦΑΝΟΝ idest  
pro corona Ο ΜΕΝΤΟΙΣ ΥΟΝΕΥ  
ΣΙΝΟΜΙΣΩΝ ΜΟΝΟΝ ΥΕΥΕΝΗΗΟ  
ΘΧΙ ΤΟΝ ΤΗΘ ΕΙΜΕΡΜΕΝΗΘ ΚΑΙ  
ΤΟΝ ΑΥ ΤΟΜΑ ΤΟΝ ΘΑΝΑ ΤΟΝ ΟΕ  
ΡΙΜΕΝΕΙ ΟΔΕΚΑΙΤΗ ΩΑ ΤΡΙΛΙ  
ΥΩΕΡ ΤΟΥ ΜΗ ΤΑΥ ΤΗΥ ΕΘΙΛΕΙΝ  
ΛΟΥΛΩ ΟΥΣΑΥ ΑΩΝΗΘΚΕΙΝ  
ΕΘΕΛΗΣΕΙ: quod Ci. fatum atq;  
naturā uidetur dixisse: id mul-  
to āte Demosthenes ΤΗΝ ΟΕΘ  
ΡΥΕΝΗΥ ΚΑΙ ΤΟΝ ΑΥ ΤΟΜΑ ΤΟΥ  
ΘΑΝΑ ΤΟΝ idest fatalem & spon-  
tis suæ mortē appellauit. Vtr-  
usq; consilii: profectiois & re-  
uersiois. Confido: credo: tū  
in preterito ut hic: tum in pre-  
sentis: ut Cice. in principio de  
offi. q̄q̄ a Cratippo nostro pri-  
cipe huius memoriae philoso-  
phorum hæc te assidue audire  
atq; accipere confido: in futu-  
ro ita fore confidimus.

De hesterna & cetera qui minatus in senatu est: cum rediisset Cicero: & in eo ordi-  
ne non affuisset: missurum se fabros: qui domum demolirentur: & milites qui inuitum traherēt: postea ue-  
ro acceptis pignoribus: relique ui abstinuit. Annibal credo & cetera: qui post Cāneniem pugnam castra  
posuit ad Anienem ad tertium ab urbe lapidem. urbem obequitauit: & hastam intra romana mœnia iecit:  
quo tempore magna Rome trepidatio fuit. De Pirrhi pace: hic epirotarum rex fuit accersitus a Taren-  
tinis: pro illis aduersus Romanos uario euentu bella gessit ad. xx. ab urbe lapidem castrametatus est: cum  
de pace cum eo ageretur & potentiorum per Cyneam legatum fauor quæreretur. Appius senex & cecus lei-  
cā in senatum latus: turpissimas condiciones magna oratione discussit. Vfus uerbis quæ ex Ennio re-  
citauit Cicero in Catone maiore: Quo uobis mentes rectæ: quæ stare solebant. Ante hac: precipiti sese  
uertere ruinas: Luminibus captus est quoniam positus ut Herculis sacra publicos seruos edocerent per sua  
fit. De supplicationibus: discernendis una cum parentalibus in honorem Iulii: cum tamen ex ueteri mo-  
re & semper custodito duorum trium aut plurium dierum pro re ab aliquo bene gesta decerni solerent: &  
præuiæ esse triumphī plerūq; ibant autem sacerdotes per urbem: templa adeuntes: supplicantes diis &  
gratias agentes. Quotiens autem de supplicationibus referendum erat: ab amicis illius cuius gratia decer-  
ni postulabantur ipse supplicationes: in senatum precibus senatores conuocari solebant. Gratia: causa.

De triumpho: culpam discernendo. Sine cura: cogendi per uiatorem senatores: quando de supplica-  
tionibus aut triumpho agendum: nam cogendi laborem illis ipsi relinquunt: quorum de honore agitur.

Ex uia languerem: ex itinere sessus essem. Fabris: demolitoriis. Multiplex enim faber est: li-  
gnarius: ferrarius: lapidarius. Disturbaturum: demoliturum:

sed ut siquid mihi humanitus accidisset: multa autem impen-  
dere uidebantur præter naturam etiam: præterq; fatum: huius  
diei uocem testem Rei publi. relinquerem meæ perpetuæ erga  
se uoluntatis. Quoniam utriusq; consilii causam. P. C. proba-  
tam uobis esse confido: priusq; de Re. pu. dicere incipio: pau-  
ca querar de hesterna. M. Antonii iniuria: cui sum amicus: id-  
q; me non nullo eius officio debere esse: præ me semper ruli:  
quid tandem erat causæ: cur in Senatum hesternis diebus acer-  
be cogerer? Solus ne aberam? An non sæpe minus frequentes  
fuisstis? an ea res agebat? ut etiam agrotos deserrī oporteret?  
Annibal credo erat ad portas: aut de pyrri pace agebatur? ad  
quam etiam causam / Appium illum & senem & cæcum delaz-  
tum esse memoriæ proditum est: De supplicationibus refere-  
batur: quo in genere Senatores deesse non solent: coguntur  
enim non pignoribus: sed eorum quorum de honore agitur  
gratia: quod idem fit: cum de triumpho refertur: ita sine cura  
Consules sunt: ut pene liberum sit Senatori non adesse. Qui  
cum mihi mos notus esset: cunq; e uia languerem: & mihi met  
displicerem: nisi pro amicitia qui hæc ediceret. At ille uobis au-  
ditib; cū Fabris se domū meā uetūrum eē dixit: nimis iracūde  
hoc qdē: & ualde itēpāter: Cuius. n. maleficii ista pœna est: ut  
dicere i hoc ordine auderet: se publicis operis disturbaturum



PHILIPPICA PRIMA

Publice ex & c: infestante. P. Clodio Tribuno: & Pisonē ac Gabiniō Consl. cum posset armis contra uim defendere se: cedere maluit Cicerō: media nocte urbem egressus: exul factus est: Villæ eius incensæ: uastati agri: bona sub hasta uendita: domus diruta: & quo solum quoq; auferretur: Aedes libertatis i area edificata. Restituta decimo & sexto mēse post: domus publica impensa reedificata: in quam & si numint sacra fuerat Ciceronem pontifices: Consl. prætores collocauerunt: quod in oratione contra. L. Pisonē ipse ait. Aut quid: duobus modis cogi senator potest. ut uel pignus ab eo auferatur: uel mulctā: hoc est

publice ex Senatus sententiā edificatam domum? Quis autē unquam tanto damno Senatorem coegit? aut quid est ultra pignus: aut mulctam? qui si scisset quam sententiā dicturus essem: remisisset aliquid profecto de seueritate cogendi. An me censetis. P. C. quod uos inuiti secuti estis: decreturum fuisse ut parentalia cum supplicationibus miserentur: ut inexpiabiles religiones in Rem pu. inducerentur: ut decernerentur supplicationes mortuorum: nihil dico: quis fuerit ille. L. Brutus, qui & ipse regio dominatu Rem Pu. liberauit: & ad similem uirtutem: & simile factum stirpem in prope quingentesimum annum propagauit. adduci tamen non possem: ut quenquā mortuum coniungerem cum deorum immortalium religione: ut cuius sepulchrum nunquam extet ubi parentetur: ei publice supplicetur. Ego uero eam sententiā dixissem. P. C. ut me aduersus. P. R. si quis accidisset grauior Rei pu. casus: si bellum: si morbus: si fames: facile possem defendere: quæ partim iam sunt: partim timeo ne impendant. Sed hoc ignoscant dii immortales uelim: & Po. Ro. qui id non probat: & huic ordini, qui de creuit inuitus. Quid de reliquis Rei pu. malis licet ne dicere? mihi uero licet: & semper licebit dignitatem tueri: mortem cōtemnere: potestas modo in hunc locum ueniendi sit: dicēdi periculum non recuso. Atq; utinam. P. C. kl. Sextilis adesse potuissem: non quo profici potuerit aliquid: sed ne unus modo Cōsularis: quod tum accidit: dignus illo honore: dignus. R. P. inueniretur. Qua quidem ex re magnum accipio dolorem homines amplissimos. P. R. beneficiis usos. L. Pisonem ducem

pecuniaria pœna irroget. Sānitum uocabulum mulctā dicit esse Varro: & specialis peccati esse: cuius animaduersio pecuniaria sit: cum pœna generalis existat. Ut parentalia cum supplicationibus miserentur: ut in Cæsaris honorem quot annis parentalia simul & supplicationes certo die celebrarentur. Sunt autem parentalia iusta mortuorum: & parentare est pro mortuis parētibus: omnes uero maiores in infinitum parentes uocari Cassius ait iureconsultus. Sacrificare apud ueteres romanos: sicuti nunc a nobis nouembri mense. xii. kalendas Februarit parentalia celebrari pro mortuis solita sunt: quod Ouidius tradit in fastis. Cum supplicationibus: quas item in Cæsaris honorem decerni uolebat: tāquā relatus in deos esset. Inexpiables: quæ explari nō possent nam non pro mortuis decerni supplicationes consueuerunt: sed pro uiuis: non pro re tristi: sed pro læta ut pro uictoria. Ille L. Brutus: hoc significare uult. ne. L. qdem Brutus a quo sunt exacti reges & parata ubi libertas: dignus est ad cuius sepulchrum supplicetur: multo minus cæsar: qui regio dominatu liberam urbem prestit: ille p fuit pellendo tyrannidem: hic obfuit exercendo: & est a maio

ei ad minus argumentum: Si non dignus Brutus: multo minus Cæsar. id honoris dumtaxat Bruto tributum: quod cadauer eius in foro positum collega Valerius laudauit. matrone anno luxerunt: corruptū scio locum & Iunium: non. L. Brutum legendum. Regio dominatu: eiecto Tarquinio Superbo & filiis. Stirpem. M. Brutum: qui Cæsarem occidit. Propagauit: extendit: sumptum a uisibus: unde & p pago. Cum deorum immortalium religione: ut ei ueluti diis immortalibus supplicemus. Nusquā: nullo enim loco Bruti sepulchrum ostendebatur. Si quis accidisset casus: propter hanc religionem & no uam & periculosam: & propter hoc piaculum deorum commoueretur ira: quia commissā in eos scelera: pestilentia: fames: bello solent ulcisci: Possem defendere: & dicere monui ego uos ne faceretis: ut dici so let qñ quippiam accidit errore & peccato: quod nobis est prohibentibus commissum. Iā sunt: ut bellum qd adhuc in Hispania gerebat contra Sextum Pōpeti filium a Petreio & Afranto prætorib⁹. Qui id nō probat decretas Iulio supplicationes. Huic ordini: senatorio. Mihi uero: qui libere semper dicere cōsueui: q nullius unquam subire inimicitias p rep. ueritus sum. Libertatē tueri: sine q nemo opret uiuere: qd ait Salustius. In hūc locū: senatū. Dicendi piculū: qd instat libere loquētib⁹ & aliquos in quos dē offens dētib⁹. Kalēdis sextilib⁹: qb⁹ relatu ab Antonio est de supplicatōib⁹ & pentalib⁹ Iulio decernēdis. Vn⁹ cōsularis. L. Piso: cōsulares erāt q cōsulatū gesserāt. Maioris at hēbant auctoritatis & progatiuæ i senatu.



Optimæ sententiæ: ne per ætalia & supplicationes Iulio decernerentur. Pro nihilo: hoc est ut quid ac-  
 eidat reipu. non magnopere curemus. Vultu: annuendo & iudicando placere sibi illius sententiã. Malis  
 intersectu est: frequens apud hunc auctorem & in hoc opere & in Verris: sicut nefas apud Virg. non nunquam. Vo-  
 luntaria seruitus: cui uestra sponte uos subicitis. nemo enim sua sponte seruus fit: & natura omnes liberi: & ad  
 libertatem proni nascimur: hæcque appetitio non modo in homine est quod rationis est particeps. sed in brutis etiam: nam  
 quod ait Ouis. Cum bene sint cauea clausæ pandione natae: Nititur in siluas quæque redire suas. Fuerit neces-  
 saria: quod necessitate: ut bello ser-  
 uitudi subiicit: ipsa necessitate  
 defendit. Ne ego hoc. non ego  
 inquit ab omnibus consulari-  
 bus hoc regro: ut liber situr. L.  
 Piso loquatur. Multi enim sunt  
 quoque silentio ueniam do: cum aut  
 Antonii necessitudine. aut Cæ-  
 saris beneficiis loqui prohibeant.  
 Sed eos libere non loqui doleo:  
 quod nulla cum Antonio neces-  
 situdo: quod nulla accepere a Cæsa-  
 re beneficia. Video. non eos in po-  
 pulo ro. suspicionem uenire &  
 alium quidem alta causa uel metu  
 .uel premio quid se dignum  
 sit non efficere. Quare pri-  
 mum maximas: dicimus ha-  
 beo gratiam: ago gratias. sed  
 cum utrumque uerbum iungimus  
 ago & habeo gratias dicimus  
 & non gratiam. Quid efficere pos-  
 set: uidebat. non. paræ profutura  
 sententiã suam: sed dignum se  
 sic dicere intelligebat. Aucto-  
 ritatē: sententiã & uoluntatē. Be-  
 nigne audiat: est beniuolentia  
 captatio: quã non in exordio so-  
 lum. sed per totam orationem  
 collegere studemus. Adhuc.

hucusque. Primum igitur: sententiã nunc dicit de actis Cæsaris & seruanda asserit quæ non seruari ab Antonio  
 hoc docet argumento: qui leges cæsaris non seruat is acta eius non seruat: antonius leges cæsaris destru-  
 it: ergo acta cæsaris destruit. Non quo probet: non quod laudem & approbem seruanda cæsaris acta esse: cum  
 re uera non sint seruanda. Potest probare. Pacis cui uel imprimis prospiciendum consulendumque est.  
 Modo sine aduocatis: scilicet adesse: hoc est sine operis & militibus: quibus uelut aduocatis & defen-  
 soribus stipatus uenit in senatum: & causam suam tueretur Antonius: quemadmodum priuati causas suas per  
 aduocatos agunt: quãquam incertam Antonii notat foras: qui sine aduocatis tueri se ac defendere ne-  
 quiret. Sed ut opinor licet ei minus ualere: locus est cum amaritudine. quasi dicat non licet minus uale-  
 re ei: quod mihi heri non licuit. Mihi non licuit afferre excusationemque languerem: & mihi met displice-  
 rem: omnino enim pignora sunt accepta: nec Antonio licere debet aliquam afferre excusationem. quod ab eis  
 se hodie debeat. Chirographis: Recitatio Cæsaris testamento & cadauere in foro ante rostra cremato:  
 acta eius seruari postulauit Antonius: eaque in commentariis relata penes se habebat: a Cæsare tradita: in  
 quibus decreta iudicataque: & multa ad multorum gratiam erant scripta: Scribam Cæsaris Faberium no-  
 mine fidum in omnibus atque obsequentem nactus urbibus & diuitiis scribebat: quibuscunque deposcenti-  
 bus aliquid concedebat: quod libitum erat addens & detrahens: aliis magistratus: aliis immunitates dabat:  
 multos senatores faciebat: plures ab exilio reuocabat: eaque omnia ueluti a Cæsare ante decreta se facere  
 prædicabat: quã mobrem iocantes romani Antonium & reliquos eiusmodi Cæsaris amicos Charonitas  
 appellabant: qui si quid obiectum esset: illico ad defuncti chirographa confugiebant: quo factum est ut  
 Antonii opes auctæ plurimum essent: quibus territi Brutus & Cassius ab urbe cesserunt: calphurnia ite-  
 rum Cæsaris uxor mariti ad Antonium pecuniam transfulerat: erant autem talentorum. iiii. milia. L. Anto-  
 nius frater Tr. pl. & Caius alter frater pretor designatus eius furoris socii erant. Syngrapha cautio est per  
 contrahentium scripturam facta: cum uterque contrahentium scribit: Chirographum manus scriptura est:  
 & sic interpretatur. Cicero ait epistolam misisse chirographo suo. i. manu sua exarasse non dictasse: quod quod  
 sua manu notauit: chirographum est. Se uno auctore: solus enim erat quod Cæsaris esse diceret. Tatum



PHILIPPICA PRIMA

dictis: quia tantummodo penes se commentaria Caesaris diceret esse: non etiam ostenderet. Quae illae in aere incidunt: in marmore dictimus incisae sunt litterae: in gemma: non in marmor: & in aes: non in aere. In tabulis uero aereis leges scribebantur. Vetus aeri: quod ait Plinius ad perpetuitatem monumentorum iam pridem transtulit: Tabulis aereis: in quibus publicae constitutiones inciduntur. Et Ouius inquit: Nec uerba minantia fixo Aere ligabantur: nec supplex turba timebat Iudicis ora sui: sed erant sine iudice tuta. Populi iustitiam plebs scita & leges: nam lex est generale iussum populi rogante magistratu. Pro nihilo habebuntur. quod

dictis: acta Caesaris firma erunt? Quae ille in aere incidit, in quo populi iussa perpetuasque leges esse uoluit, pro nihilo habebuntur? Equidem existimo, nihil tam esse in actis Caesaris, quam leges Caesaris. An sicui quod ille promissit: id erat fixum: quod idem facere non potuit: ut multis multa promissa non fecit? Quae tamen multa plura reperta sunt illo mortuo: quam uiuo: beneficia per omnes annos tributa & data: sed ea non merito: non moueo. Summo & studio preclara illius acta defendo. pecunia utinam ad aedem operis maneret: cruenta quod illa: sed his temporibus cum iis quorum est: non reddit necessaria, quam quae sit effusa: si ita in actis eius fuit. Et quod quod tam proprie dici possit actum eius: quod togatum in Re. pu. cum potestate imperioque uersum sit: quam lex? Quae acta Gracchi: leges Serroniarum proferunt. Quae acta Syllae: Corneliae. quod Cn. Pompei tertium Consulatum in quibus actis consistit, Nepe in legibus. A. Caesare imperio, si queres, quid nam egisset in urbe & toga: leges multas, ruderem, se & preclaras tulisse. chirographa uero ut mutaret: aut non daret: aut si dedisset: non istas res in actis suis duceret. sed ea ipsa concedo: quibusdam in rebus & conuenio: in maximis uero rebus id est legibus acta Caesaris dissolui ferendum non puto. Quae lex melior: utilior: optima & in R. p. sepius flagi-

d. minime decet leges Caesaris pro nihilo haberi & acta quam Antonius unus auctor profert: & non profert quod dicit: sed tamen dicit seruari. Ego quod existimo: acta sunt publica. Iuuenalis: Cupient & in acta referri. Libri scilicet in quibus rerum publice gestarum sit descriptio: Unde actuarii quoque acta in senatu scribebant. Tranquillus orationes aliquas reliquit: inter quas temere quaedam proferuntur. Pro Qu. Merello: quam non merito Augustus existimabat magis ab actuariis exceptam male subsequens uerba dicitis: quam ab ipso editam: Sunt & priuata: ut acta Pompei: acta Syllae: acta Caesaris: acta Marci. An si cui quod ille promissit id erat fixum: sic intendit argumentum: non est opus dicere in commentariis & libellis hoc uel illud annotauerat Caesar quod facturus erat & facere alicui promiserat: quoniam quod cuiquam promittebat: id ratum erat: & faciebat: quod uero non potuit: neque uoluit facere: id non fecit. Multa autem multis pro-

missit Caesar: quae non impleuit. Quae tamen promissa. Multo plura: quam ipse promiserit fortasse Caesar. Beneficia ut immunitates. Tributa: gratis. Data quibus dari conueniebat & merentibus. Pecunia utinam ad aedem operis quam meriti est: & cybelle dicitur: haec pecunia ex bonis redacta erat Pompeianorum occisorum & danarorum ac proscriptionum: idque cruentam uocata non nullis iniuste nimis & crudeliter extorta: & quae restituenda fuerat: iis quibus erat adempta. Sed eam M. Antonius interceptat: inferius philippica. viii. Postulat propterea ut chirographorum & commentariorum sua collegarumque sui decreta maneat: quod laborant: ut habeat quod quicquid mercatus est: si quod accepit habeat quod uendidit & ne tangant rationes ad operis. id est in sestertium septies milites recuperent: ne fraudati sit septem uiris quod egissent. Ad aedem: in aede. Si ita in actis fuit: ut effunderet: nam non ita in actis fuit ut Antonii fieret sed ut in templo operis seruariet. Et quod est: si nihil tam in actis alicuius quam reipublice administrauerit dicitur: quia lex aliqua ab eo lata: nihil in actis Caesaris numerari magis potest quam ab eo latae leges. sed has Antonius non seruat: ergo acta non seruat quae seruanda dicit. Quae acta: si quis inquit acta Gracchi & ostendi ita ut sit: postulas tibi: proferunt & ostendunt leges ipsius Gracchi: quae Serroniarum uocantur: si acta Syllae: exhibent: Corneliae leges: quia nihil magis in eius numerat actis: quam reipublice administrauit: quam ab eo latae leges. Tiberius Gracchus Tiberii Serronii Gracchi filius Scipionis ex filia nepos plures tulit leges Tri. pl. cum esset: inter quas ne quae plus mille agri iugera haberet & ut atri regis hereditas populo diuideret. L. Cor. Sylla dictator: & ipse multas leges tulit testamentariam de parricidis. de sica. & ut senatus contra legem curiata: hoc est sine sorte: potestas cuilibet magistratui assignare posset & alias complures. In quibus actis consistit: legibus duntaxat ab eo latis.

Chirographa exhibita certis personis & propria manu scripta. Non istas: huiusmodi in chirographa & priuatas concessiones. Duceret: existimaret eam. Concedo: etiam si in actis habenda non sunt. Conuenio: consentior: oculos claudo: ita ut sit: quotiens quippiam non uidere simulamus. Tubero ut est apud A. Gellium de Marco Atrilio Regulo: Palpebras quoque eius ne conuenire posset sursum ac deorsum ductas insuebant. Tranquillus in Iulio: Delicta neque obseruabat omnia: neque pro modo exequerebat: sed desertorum ac seditiosorum inquisitor ac punitor acerrimus: Conueniebat in ceteris. Plinius: Viginti gladiatorum paria in C. principis ludofuere: in his duo omnino qui contra comminationem aliquam non conuenirent li. xi. Quae lex melior: acta Caesaris seruanda Antonius dicebat: quae in legibus a Caesare latis consistere ostendit Cicero. Leges uero Caesaris ab Antonio sublatae: & primum quidem de praetoriis ac consularibus prouinciis: iudicariam ide



